

VOTUM
SOLENNÉ,

A

SERENISSIMO
JOANNES
CASIMIRO
REGE POLONIÆ,

In Templo Cathedrali ad Altare majus, coram Imagine Beatissimæ MARIÆ Virginis, intra Missæ Sacrificium, ab Illustriss. & Reverendiss. D. Dño Nuntio Apostolico celebratum, immediatè ante Elevationem Venerabilis Hostiæ, universo Clero & populo audiente & annuente, Senatuq; ac totâ Aulâ Verba Regia excipiente, seq; iisdem obligante,

FACITUM

Leopoli I. die Aprilis, Anno Dñi. 1656.



Agna DEI Homi-
nis MATER & VIRGO
Sanctissima, Ego Joan-
nes Casimirus, Tui FI-
LII REGIS Regum, ac DOMINI
mei, Tuâq; miseratione Rex, sanctis-
simis Tuis advolutus pedibus, Te in
Patronam meam, meorumque Do-
miniorum Reginam, hodie deligo;
atq; me, meumq; Regnum Polonia-
rum, Magnum Ducatū Lithuaniae,
Russiae, Prussiae, Masoviae, Samogi-
tiae, Livoniae, Czerniechoviae, &c.



XVII - 7535 - III

Exer-

Exercitus utriusq; Gentis, Populos
universos, Tuæ singulari Tutelæ at-
q; Patrocinio cōmendo; Tuam opē
ac misericordiam, hoc in calamito-
so ancipitiq; Regni mei statu, con-
tra hostes S. Romanæ Ecclesiæ sup-
plex imploro. Et quia maximis ob-
ligatus beneficijs Tuis, impellor unā
cum Gente mea, ad novum idq; fer-
vidum Tibi serviendi desiderium;
promitto deinceps, meo, Satrapa-
rum, Populorumq; meorū nomine,
Tibi, Tuoq; FILIO DOMINO JESU
CHRISTO, me, cultum ubiq; & ho-
norem Tuum, per ditiones Regni
mei, omni studio propagaturum.
Promitto præterea ac voveo, me,

ubi præpotenti Tuâ intercessione,
& FILII Tui magnâ miseratione,
de Hostibus & præcipuè Suecis, vi-
ctoriam obtinuero, apud S. Sedem
Apostolicam procuraturum, Tibi,
Tuoque FILIO in gratiarum actio-
nem, ut dies hic quotannis solennis
& festus, idq; in perpetuum, habe-
tur: daturumq; cum Episcopis Re-
gni mei operam, ut id, quod pro-
mitto, à populis meis impleatur.
Cum verò (magno animi mei dolo-
re) luculenter videam, propter ge-
mitum & oppressionem hominum
conditionis plebeiaë, in Regna mea,
immissa à Tuo FILIO justo Iudice
flagella, pestis, bellorum & aliorum

*ex hoc septennium promitto insuper ac totum in Christo cum vobis
exposita ratione omni iustitiam in a. gratiam vobis inuoluit
Benedictus*

malo.